

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Medvlla Theologica

Ex Sacris Scriptvris, Conciliorvm Pontificvmqve Decretis, Et Sanctorvm  
Patrvm Ac Doctorum Placitis Expressa ; In qua, quidquid tum ad fidei  
mysteria sanè ac rectè intelligenda, & ab erroribus quibusvis secernenda,  
tum ad sacramenta debitè conficienda & ministranda, tum ad actiones  
humanas iuxta ...

Complectens ea quæ ad Sacmenta & mores pertinent

**Abelly, Louis**

**Coloniæ Agrippinæ, 1659**

Sect. I. Quo nomine sanctissimum hoc Sacmentum nuncupetur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38979**

illud mutare in Confirmatione, quæ scilicet est complementum & perfectio Baptismi. Addit etiam Episcopo non debere alienis dioecesanis absque proprij Episcopij consensu Confirmationis Sacramentum administrare nisi ferè invaluerit contraria consuetudo, de qua nullus Episcopus conqueratur.

## CAPVT QVARTVM.

### De Sanctissimo Eucharistie Sacramentis

#### SECTIO I.

*Quo nomine sanctissimum hoc Sacramentum nuncupetur.*

**C**VM in sanctissimo hoc Sacramento mirabiliter suorum memoriam fecerit Dominus (ut ostendit prænunciavit Propheta regius *Psal. 110*) illicem non modò sapientia ac scientia, sed & potestis, misericordia, charitatis, ac reliquarum divinarum perfectionum thesauros omnes recondiderit; ministerium est, si nullum singulare nomen excogitari potest quod excellentiam illius infinitam exprimeret; sed varia & diversa vocabula passim à SS. Patribus adhibita respondentur, quibus tanti mysterij dignitas utcumque adubaretur.

Aliquando enim vocatur *Sacramentum corporis & sanguinis Christi* ex S. Augustin. lib. 3. de Trinit. cap. 4. ipsa re quam in se continet. Aliquando *Sacramentum variis*, à loco in quo conficitur ex eodem Sancto Augustino Epist. 30. Aliquando *Sacramentum fidelium*, ab ijs qui cum gratia institutum est, ex sancto Augustino Serm. de verb. Apostoli cap. 1. Aliquando *Panis supersubstantialis*, ex S. Cypr. lib. de cena Domini; *Panis oblationis*.

cidentia exteriora quibus tegitur, *supersubstantialis*, propter Divinam vivificamque virtutem qua ipsi inest. Aliquando *Communio*, propter unionem perfectam & ineffabilem, quam inter Christum Dominum ut caput, & Ecclesiae fideles ut eius membra efficit, ex S. Damase. lib. 4. Orthod. fidei. cap. 14. Aliquando *Sacra synaxis*, propter religiosum fidelium conventum in solemnî hu- ius Sacramenti celebratione fieri solitum *ex eodem* S. Da- mase, ibid. Aliquando *viaticum*, eò quod illius virtute in hujus vita peregrinatione, & præsertim in ultimo ad æter- nitatem transitu sustentamur, ut in Concil. Niceno I. can. 13.

Sed præ cæteris usitissimum in Ecclesia est nomen *Eucharistia*, quod significat bonam gratiam vel gratia- rum actionem, idque aptissimè ad designandum nos in hoc Sacramento gratias uberrimas, imo ipsarum gra- tiarum fontem in nobis recipere, & per idem Sacramen- tum acceptissimas Deo gratias posse referre, ut dicitur in Cathec. Rom. p. 2. c. 4.

Sive igitur *Eucharistia*, sive quovis alio nomine ex iis quæ suprà explicata sunt, appelletur, intelligitur Sacramē- tum illud, quod à Christo Domino in cena ultima insti- tutum est, in quo sub speciebus panis & vini verè, realiter, ac substantialiter ejusdem Christi corpus & sanguis con- tinetur, ut in Concil. Trid. Sess. 13. cap. 1. & 2. expreßè de- finitum est: quod pleniùs constabit *ex iis quæ sectioni- bus sequentibus* dicenda sunt.

## SECTIO II.

### *In quo propriè consistat Eucharistia Sacra- mentum,*

**S**UPPONIMVS tanquam certum ex fide, Eucharistiā esse verè & propriè dictum Sacramentum à Christo Domino institutum: quod nullus negavit Hæretico- rum, qui Sacraenta aliqua nova legis agnoverunt. Et hac veritas non modo in Concil. Trid. sup. sed e- tiam